authores, quatenùs contra eos proferendum eſſet diffinitiuum decretum, remittendi ſunt ad ſuum forum, quod eſt Magna Curia Vicariæ; In nominatione verò ſecus eſt, quandoquidem ſtatim, ac nominatus fuerit Dominus, in eum transfertur iudicium, illicòue Reus abſolui debet, ità decidente *text. in l. 2. C. vbi in rem actio*, itàque ſi nominatus priuilegiatus eſſet, forum declinabit, vt ex *Capyc. & Foller.* infert *Dom. Motill. l. c. ſub num.* 142. obſeruans demum, nominationem hanc fieri debere regularitèr ante litem conteſtatam, & quanto citiùs, per *text. in cap. quoniam frequenter*, §. *quod ſi ſuper reb. extra vt lite cõteſtat. & in dict. l.* 2 exceptis tamẽ caſibus peculiaritèr poſitis per *Menoch. de arbitr. iudic. caſ.* 476. *n.* 7.

E Quia in hoc à lege tempus præfinitũ non inuenitur, quãdocumque ante ſententiam Authorem laudari poſſe, inquit *Muſcatell. in praxi S. C. part.* 3. *gloſſ. Nominet, nnm.* 11. eumdem autem effectum, quemadmodum ſi ante litis conteſtationem oppoſita fuiſset, non operari obſeruat *Dõm. Motillus vbi ſupr. num.* 145. ſcribens, quia ſi ante terminum prioris inſtantiæ exceptio iſthæc opponatur à Reo petente condemnari Authorem in caſu ſuccumbentiæ, eo caſu pendente dilatione à Reo principali conceſsa, vt Author laudatus compareat ad ſuſcipiendũ litis onus, nedùm ſuſpenditur iudicium per principalem Actorem motum pendẽte dicto dilationis termino, vt in *Pragm. 2. de dilation.* verùm etiam, vbi laudatus ante lapſum termini probatorij ſolemnitèr comparuiſset, iudicijque onus in ſe, tanquàm procurator in rem propriam, ſuſcepiſset, vt vnuſquiſque Author laudatus teneatur, ex diſpoſitione *text. in l.* 1. *C. de periculo, & commodo rei vendit. & in l. denunciatione*, §. *quid ergò, D. de ædilit.* ſimultaneo proceſsu, vnicaque ſententia, tùm Actoris cauſa cum Reo, tùm Rei cum Authore laudato expedienda euenit, ex citata Sanctione; Id quod ſecùs foret, ſi poſt terminum principalem cauſæ exceptio huiuſmodi laudationis opponeretur, nàm cum ſit de exceptionibus dilatorijs, cauſæ curſum ſuſpendere non valet, per ea, quæ nos ſupra fol. 11. diximus.

Nicolaus Vincentius Scoppa.

Citatio ad recognoſcendum Apocam.

SEruientibus, &c. committitur, qua-
212 litèr ad omnem inſtantiam N. ſiue, &c. peremptoriè mandetur R. ad pœnã vnciarum auri 25. Fiſco Regio, &c. quatenùs prima die iuris, &c. ſoluat, ac ſoluere habeat, & debeat dicto N. ducatos, &c. debitos vigore apocæ in hac Regia Audientia præſentatæ, vel in eodem termino compareat ad recognoſcendum apocam prædictam, & ad declarandum ſi eſt ſcripta, & ſubſcripta eius propriæ manus, nec non ad dicendum cauſam, quare ipſam ſoluere non tenetur, quoniam, &c. aliàs, &c. datum, &c.

Contumaciæ.

DIe, &c. inſtante dicto N. &c. fuit
213 accuſata prima contumacia in forma, &c.

Die, &c. Regia Audientia, & Curia pro Tribunali ſedente, inſtante eodem N. fuit accuſata vltima contumacia contrà dictum R. citatum, relatum, & non comparentem.

Per Regiam Audientiam vocato in
214 banco iuris dicto R. qui non comparuit, nec aliquis pro eo, fuit contumax reputatus, & in eius contumacia prouiſum, quòd habeatur dicta apoca pro recognita, & expediantur litteræ eſecutoriales in forma pro dicta ſumma contrà prædictum R. &c.

Sed in Regno alitèr practicatur, dum proceditur per trina præcepta, vt infrà.

Annotationes.

DEbitor citatus ad recognoſcendũ,
215 vt in dicta citatione, ſi principalis, vel eius legitimus procurator compareat, & ſcripturam recognoſcat allegando remiſſionem cauſæ ad ſuam Curiam, tunc facta priùs recognitione eſt remictenda, *Carau. rit.* 54. *num.* 2. *Rouit. Prag.* 64. *de off. procur. Cæſ. num.* 39. *Ricc. deciſ.* 183. *num.* 1. *part.* 1. *Muſcatell. part.* 2. *gloſ. veniens, num.* 99. *& Petr. Enriquez opuſc.* 6. *ſuorum conſ. c.* 3. proſequitur *D. Gizzius in obſeruat. ad D. Reg. Capyc. Latro deciſ.*
216 73. *num.* 6. quæ remiſſio procedit, quando recognoſcens aliquam allegat exceptionem, ſecùs ſi nihil opponit, aùt ſit friuola exceptio, tunc datur terminus ad ſoluendum, & ſi allegat ſatisfactionem, datur certus terminus ad probandum, vt dicunt citati authores, qui inſuper dicũt,

quòd